Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ministraret. et ideo in eo signa collocatus est. Pisces obimbriferum men
sem nominati sunt. In hoc loco difficilis questio est. Si enim .xiii. partes
solummodo luna cottidie peruolat. non potest in .xx.vii. diebus et viii.
horis totum signiferum peragere. restant enim .x. dies. Vicies enim
septies deni et iiii. ccc.l.v. dies faciunt et viii. horas. Rema
nent ergo dies .x. absque duabus horis. Adde ergo horas .viii. uicies
septies et horarum .viii. triente .i. horas .ii. et bisse et habebis to
tum signiferi circuitum. id est .xviii. horas et trientem. Restant autem ad
naturalem usque ad plenitudinem mensis duo dies et .iiii. hore in quibus
luna .xxviiii. semis dies peragit. id est tantummodo .xiiii. hore
et bisse. Hos iunge ad supra scriptas .xviii. horas et tertiam hore
partem. fiunt simul .xxxiii. hore. parte fiunt simul .xxx.
iii. hore. i. dies integer et .x. hore. Sed querendum unde iste complentur.
Duabus ergo horis que per .xxx. dies accrescunt. nam .xv. dies horam fa
ciunt. In duabus ergo horis luna transit partem unam .i. diem integrum
et duas horas et bisse. Remanent itaque vii. hore et triens. Iterum
quere unde ista supplere ualeas. Collige ergo .viii. semis momenta et atho
mum. Vicies nouies. adde etiam his .iiii. momenta. et quartam momen
ti partem et dimidium athomi ex .xxii. horis .i. ex tricesimo terce
simi diei. fiunt simul .ccl.iii. momenta. Hec si diuiseris in
horas. faciunt .vi. horas et trientem. et paulo plus remanent. Igitur
xxx. tertia semis momenta et athomum .i. cc.ma xxx.v. pars .xl.vii.
semis momentorum. Quid est epacta solis et regulares solis.

Quociens audis epactas solis uel lune etates lune per singulos
annos intellige in .xi. kalendarum aprilium die. Dum audis epac
tas solis hoc est concurrentes septimane dies intellige. quota feria
per singulos annos nonas kalendarum aprilium dies peruenerit. Dum audis regulares
secundum lunam intellige. etatem lunares singulorum mensium in eo dum
taxat anno quo .xxx. luna in .xi. kalendarum aprilium die inuenitur.
Ipse est enim primus decennouenalis cicli annus. Dum audis regulares
secundum solem intellige. singulorum mensium kalendas quota feria perueniant eo scilicet
anno quo concurrentes sunt .vii. idest quo nonas kalendarum aprilium dies est sabbatum.
Dies quoque kalendarum date uocantur kalende. quoniam in eis antiqui dabantur
.i. prouidebant. quot dies super essent ad nonas. Hinc usque hodie in usu
retentum quot datarum dies .i. quot dies a kalendis de mense transierit. et quot di
es usque ad kalendas futuri mensis super …